

---

## Theses utriusque juris.

**Numéro d'inventaire** : 1980.00012.4

**Auteur(s)** : Claude Simon de Besmont

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Paris)

**Imprimeur** : Veuve Egide Paul Du Mesnil

**Période de création** : 2e quart 18e siècle

**Date de création** : 1736

**Description** : Une feuille aux bords supérieur et inférieur froissés et déchirés. Dans la partie supérieure, une estampe. Dans la partie inférieure, le texte.

**Mesures** : hauteur : 725 mm ; largeur : 470 mm

**Notes** : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Claude Simon de Besmont, originaire de Châlons, le lundi 30 avril, à Paris. Les articles de droit civil traitent de la "lex aquilia" qui indiquait les réparations prévues pour des dommages causés sans justification . Les articles de droit canon portent sur la simonie. L'estampe représente un saint en oraison, peut-être saint Pierre.

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Autres descriptions** : Langue : Français

Nombre de pages : 1



OPTIMI PARENTIS PATRONO.

THESES UTRIVSQUE JURIS.  
CANONICI. CIVILIS.

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

Ex Cap. 41. Extra De Simonia.

Ex Lege 1. Cod. De Lege Aquilia.

**S**IMONIA dicitur studiosa voluntas spiritualia aut spiritualibus annexa habendi pro temporalibus.

**S**PIRITUALIA sunt dona Spiritus Sancti, gratia Dei, & similia.

**A**NNEXA spiritualibus sunt quae ad res spirituales promovendas conferunt, ut Beneficia, Jus Patronatus.

**S**IMONIA triplex est, mentalis, conventionalis, & realis.

**Q**UI spiritualia tractat, manus suas debet excutere ab omni munere.

**T**RIPLEX distinguitur munus; nimirum munus à manu, munus à lingua, munus ab obsequio.

**O**MNIBUS Ecclesiae Ministris haec ab ipso Christo Lex dicta est: *Gratis accipitis, gratis date.*

**N**ULLA igitur conventio circa res spirituales intervenire potest citra simoniae labem.

**A**TTAMEN laudabiles consuetudines aliquid dandi pro exsequiis mortuorum, & benedictionibus nuptiarum, observandae sunt.

*Hae Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Deiparâ, & Praeside CL. V. D. NICOLAO BERNARD, à Consult. Facult. Paris. & in Senatu Patroo, inter conaditur CLAUDIUS SIMON DE BESMONT, Catalaunensis, die Lunâ 30. Aprilis, an. Dom. 1736. ab undecimâ ad primam.*

*Aderunt cum jure suffragii forte ducti Clar. D. D. Bernard, de Ferriere, Alcaume, de Chauvigny, Desfèvres & Craillon.*

PARISIIS,

IN ANTIQVO JURIS AUDITORIO.  
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam & Libr. PAVANONUM-METRI, Confessionum Tarentini Typographi, viâ Regiâ Palli, ad Carthodium.

**D**E danno injuria dato fuit olim actio ex Lege duodecim Tabularum; hodie verò ex Lege Aquilia.

**L**EX autem Aquilia est Plebiscitum ab Aquilio Tribuno Plebis rogatum, quo damni injuria dati coercendi casus constituta fuit actio.

**H**UJUS Legis tria fuisse Capita, quorum primo cautum est, ut si quis alienum hominem, sive tantumve quadrupedem quae pecudum numero sit, injuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

**I**NJURIA autem occidere is intelligitur qui nullo jure occidit, & non minus ex culpa quam ex dolo, quisque hac Lege tenetur.

**S**ECUNDUM Aquiliae Caput in defectu doli abicit, quod de interceptis nobis futura utilitate fuisse videtur.

**T**ERTIO verò Capite constitutum est, ut qui servum alienum alienamve quadrupedem quae pecudum numero sit, vulneraverit, aut in ceteris rebus quocumque modo damnum injuria dederit, quanti ea res in diebus triginta proximis fuit, tantum domino dare damnetur.

**E**X ea Lege domino ejusve heredi, ceterisque successoribus competit actio, & quidem directa, in eum qui corpore suo corpori damnum dedit.

**I**n eum verò qui alio modo damnum dederit, utilis actio datur.

**C**ETERUM actionem Legis Aquiliae adversus infanciam in duplum crescere non immerito placuit.

